Tractat. I in Jo. evangelium

forsitan nec ipse Jo. dixit, ut ē, sed ē ipse ut potuit; quia de Deo homo dixit; ē quidē inspiratus a Deo, sed tamen homo. Quia inspiratus, dixit aliquid; si nō inspiratus esset, dixisset nihil: quia vero homo inspiratus, nō totum q. ē dixit; sed q. potuit homo, dixit. -

—

quia ipsi homines erant qui conscripserunt Scripturas, nō de se lucebant; sed ille erat lumē verū, qui illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū.

—

Si ergo ex magna aliqua fabrica laudatur humanū consiliū, vis videre quale consiliū Dei ē Dominus J. Chr. i.e. Verbū Dei? Attende fabricā istā mundi; vide quae sint facta per Verbū e tunc cognosces, quale sit Verbū.

—

Exeat nunc nescio quis infidelis Arianus e dicat, quia Verbū Dei factū ē. Quomodo pō fieri, ut Verbū Dei factū sit, quando Deus per Verbū fecit omnia?

—

In principio erat Verbū. Si erat, nō ē factū, ut ista

omnia per ipsū fierent, ē sine ipso nihil.

—

Solent multi male intelligentes, sine ipso factū ē nihil, putare aliquid ēsse nihil. Peccatū quidē nō per ipsū factū ē : ē manifestū ē, quia peccatū nihil ē ē nihil fiunt homines, cū peccant.

—

Universa creatura per ipsū facta ē, major, minor: per ipsū facta sunt supera, infera; spiritualia, corporalia per ipsū facta sunt. Nulla enī forma, nulla compages, nulla concordia partiū, nulla qualiscunq substantia, quæ pō habere pondꝰ, numerū, mensurā, nisi per illud Verbū ē ē ab illo Verbo creatore, cui dictū ē, omnia in mensurā ē numero ē pondere disposuisti (Sap. XI. 21).

—

Nescio quis tædiū patiebatur ad muscas: invenit illū Manichæꝰ tædio affectū, ē cū diceret se nō posse pati muscas ē odisse vehementer illas, statī ille: Quis fecit has? Ē quia tædio affectꝰ erat, ē oderat illas, nō ausꝰ ē dicere: Deꝰ illas fecit; erat antē catholicꝰ. Ille statī subjecit: Si Deꝰ illas nō fecit, quis illas fecit? Plane, ait ille, ego credo quia diabolꝰ fecit

muscas. Ē ille stati: Si muscā diabolq fecit, sicut te video confiteri, quia prudenter intelligis apē quis fecit, quæ paulo amplior ē musca. Nō ausq ille ē dicere, quia Deq fecit apē ē musca nō fecit; quia res erat proxima. Ab ape duxit ad locusta, a locusta ad lacertu, a lacerto ad avē, ab ave duxit ad pecq, inde ad bovē, inde ad elephante, postremo ad hominē; ē persuasit homini, quia nō a Deo factq ē homo. Ita ille miser cū tædiū passq ē ad muscas, musca factq ē, quē diabolq possideret.

—

De poena tua peccatū accusa, nō judicē. Nā propter superbiā instituit Deq istā creaturā minima ē abjectissimā, ut ipsa nos torqueret: ut cū superbq fuerit homo ē se jactaverit adversq Deū, ē cū sit mortalis, mortalē terruerit; ē cū sit homo, proximū hominē nō agnoverit; cū se erexerit, pulicibq subdatur. Quid ē q. te inflas humana superbia? Homo tibi dixit convitiū, ē tumuisti ē iratq es; pulicibq resiste, ut dormias: cognosce qui sis. Nā ut noveritis, fratres, propter superbiā nostrā domandā creata ista, quæ molesta nobis essent: populū

Pharaonis superbũ potuit Deq domare de ursis, de leonib9, de serpentib9; muscas ẽ ranas illis immisit, ut reb9 vilissimis superbia domaretur. —

—

q. factũ ẽ, in illo vita ẽ. Pō enĩ sic dici: q. factũ ẽ, in illo vita ẽ: ergo totũ vita ẽ, si sic pronuntiaverim9.

—

Si ergo omnia in illo, fr. ch. ẽ q. in illo factũ ẽ, vita ẽ; ergo ẽ terra vita ẽ, ergo ẽ lignũ vita ẽ... Ergo ẽ lapis vita ẽ. Inhonestũ ẽ sic intelligere, ne rursũ nobis subrepat eadẽ sordidissima secta Manichaeorũ, ẽ dicat quia habet vita lapis ẽ habet animã paries ẽ resticula habet animã ẽ lana ẽ vestis. Solent enĩ delirantes dicere, ẽ cũ repressi fuerint e repulsi, quasi de Script. proferunt dicentes: Utquid dictũ ẽ: q. factũ ẽ in illo, vita ẽ? Si enĩ omnia in ipso facta sunt, omnia vita sunt. Non tẽ abducant: pronuntia sic: q. factũ ẽ; hic subdistingue, ẽ deinde infer: in illo vita ẽ. Quid ẽ h.? Facta ẽ terra, sed ipsa terra quæ facta ẽ, nõ ẽ vita: ẽ autẽ in ipsa Sapientia spiritualiter ratio quædã, qua terra facta ẽ; hæc vita ẽ. —

—

Faber facit arcā. Primo in arte habet arcā: si enim in arte arcā nō haberet, unde illā fabricando proferret? Sed arca sic ē in arte, ut nō ipsa arca sit quæ videtur oculis. In arte invisibiliter ē, in opere visibiliter erit. Ecce facta ē in opere; numquid destitit esse in arte. E illa in opere facta ē ē illa manet quæ in arte ē: nā pō illa arca putrescere ē iterū ex illa, quæ in arte ē, alia fabricari. Attendite ergo arcā in arte ē arcā in opere. Arca in opere nō ē vita, arca in arte vita ē; quia vivit anima artificis, ubi sunt ista omnia, antequā proferantur. —

—

E vita erat lux hominū: ex ipsa vita homines illuminantur. Pecora nō illuminantur, quia pecora nō habent rationales mentes, quæ possint videre sapientiā.

Tract. III: nūquid lux pecor? Nā ista lux ē hominū ē pecor ē. E quædā lux hominū: unde distatit homines a pecoribg videamg ē tunc intelligemg quid sit lux hominū. Nō distas a pecore nisi intellectu: noli aliunde gloriari. De viribg præsumis? a bestiis vinceris: de velocitate præsumis? a muscis vinceris: de pulchritudine præsumis? quanta pulchritudo ē in pennis pavonis? Unde ergo melior es? Ex imagine Dei. Ubi imago Dei? In mente, in intellectu

—

E lux in tenebris lucet ē tenebræ eā nō comprehenderunt: quomodo homo positg in sole cæcg, præsens ē illi sol, sed ipse soli absens ē; sic omnis stultg, omnis iniqug, omnis impig, cæcg ē corde. Præsens ē sapientia, sed cū cæco præsens ē, oculis ejg absens ē: nō quia ipsa illi absens

ē, sed quia ipse ab illa absens ē. Quid ergo faciat iste? Mandet unde possit videri Deus. –

—

Tractatus II

In principio erat Verbū. ~~Jam Verbū~~ Ipsum ē, eodē modo ē, sicut ē, semper sic ē; mutari nō pō: h. ē ē

—

Quis ergo h. capiet, cū videatis omnia mortalia mutabilia — cū videatis ergo ista omnia esse mutabilia, quid ē q. ē nisi q. transcendit omnia, quae sic sunt, ut nō sint? Quis ergo hoc capiat?.

—

Sic ē enī tanquā videat quisq/ de longe patriā ē mare interjaceat; videt quo eat, sed nō habet qua eat. Sic ad illā stabilitatē nostrā ubi q. ē ē, quia h. solū semper sic ē, ut ē, volumus pervenire; interjacet mare hujus saeculi qua imus, etsi jā videmus quo imus: nā multi nec quo eant vident. Ut ergo esset ē qua iremus, venit inde, ad quē ire volebamus. E quid fecit? Instituit lignū quo mare transeamus. Nemo enī pō transire mare hujus saeculi, nisi cruce Christi

portatq. —

—

Si vultis piè ē cstiāne vivere, hærete Cito sec. i. q. pro nobis factq ē, ut perveniatis ad eū sec. i. q. ē ē sec. i. q. erat.

—

Meliq ē ergo nō videre mente i. q. ē ē tamē a Cti cruce nō recedere, quā videre illud mente ē cruce Cti contemnere. Bonū ē super h. ē optimū, si fieri pō, ut ē videatur quo eundū sit ē teneatur quo portetur qui pergit. —

—

Parvuli vero qui h. nō possunt intelligere, nō recedentes a cruce ē passione ē resurrectione Cti, in ipsa navi perducuntur ad i. q. nō vident in qua navi perveniunt ē illi qui vident. —

—

At vero quidā philosophi hujq mundi extiterunt ē inquisierunt Creatorē per creaturā: quia pō inveniri per creaturā evidenter dicente Apostolo: invisibilia eni ejq etc. (Rom. I. 20 sq). Viderunt quo veniendū erat: sed ingrati ei, qui illis præstitit q. viderunt, ē facti superbi amiserunt q. videbant, ē conversi sunt inde ad idola ē simulacra ē ad

culturas dæmonior, adorare creaturā ē contemnere Cre-
atorē ... Qui n̄ cognovissent Deū, viderunt h. q. dicit
Ioānes, quia per Verbū Dei facta sunt omnia. Nō
inveniuntur ē ista in libris philosophor. —

—

Quia ergo sic erat homo, ut lateret in illo Deus,
missus ē ante illū magnus homo, per cujus testimo-
niū inveniretur plus quā homo. E quis ē hic?
Fuit homo. E quomodo posset iste verū de Deo
dicere? Missus a Deo. Quid vocabatur? Cui
nomē erat Io. Quare venit? Hic venit in
testimoniū, ut testimoniū perhiberet de lumine,
ut omnes crederent per illū. Qualis iste qui tes-
timoniū perhiberet de lumine? Magnū aliquid
iste Io. ingens meritū, magna gratia, magna
celsitudo! Mirare, plane mirare; sed tanquā
montē! Mons aute in tenebris ē, nisi luce ves-
tiatur. Ergo tantū mirare Io: ut audias q. seq.
Nō erat ille lumē. —

—

Erat lux vera. Quare additū ē: vera? Quia ē homo
illuminatus dicitur lux; sed vera lux illa ē, quæ illu-
minat. Nā ē oculi nostri dicuntur lumina, ē ta-
mē nisi aut per noctē lucerna accendatur aut

per diē sol exeat, lumina ista sine causa patent. Si ergo ē Jo. erat lux, sed nō vera lux; quē nō illuminatꝰ, tenebræ; sed illuminatione factꝰ ē ~~lux~~

—

Et unde posset anima videre q. perfecte ē? Quomodo pleruq fit, ut in aliquo corpore radiato cognoscatur ortꝰ esse sol, quē oculis videre nō possumꝰ. Quiā ē qui saucios habent oculos, idonei sunt videre parie-te illuminatū ē illustratū a sole, v. monte v. ar-borē aut aliquid hujꝰmodi idonei sunt videre ~~pa~~ ē
in aliqo demonstratur illis ortꝰ
~~riete~~ illu~~stratum~~ ~~ē illustratū a sole~~ ille, cui videndo adhuc minꝰ idoneā aciē gerunt. Sic ergo omnes illi ad quos Chrꝰ venerat, minꝰ idonei erant eū videre: radiavit Joannē, ē per illū confitente se radiatū ac se illuminatū esse, nō qui radia-ret ē illuminaret, cognitꝰ ē ille qui illuminat; cognitꝰ ē ille qui illustrat, cognitꝰ ē qui implet. —

—

In h. mundo erat. Et hic erat ē huc venit: hic erat per divinitatē; huc venit per carnē: quiā cū hic esset per divinitatē, ab stultis ē cæcis ē iniquis vi-deri nō poterat. —

—

Opꝰ ē ut tu nō recedas ab eo qui nusquā recedit;

op9 ē, ut tu nō deseras, ē nō desereris. Noli cadere ē nō tibi occidet. Si tu fereris casū, ille tibi facit occasū; si ante tu stas, præsens ē tibi. –

—

Venit ad te talis qualē posses videre, ē talē se hominē præbuit, ut ab homine quæreret testimoniū. Ab homine quærit testimoniū Deg ē Deg testē habet hominē; habet Deg testē hominē, sed propter hominē: tā infirmi sumg! Per lucernā quærimg diem, quia lucerna dictg ē ipse Jo. Domino dicente: Ille erat lucerna ardens ē lucens (Jo. V. 35)

—

In mundo erat ē mundg per eū factg ē. Deg mundo infusg fabricat, ubiq positg fabricat ē nō recedit aliquo, nō extrinsecg quasi versat molē quā fabricat. Præsentia majestatis facit q. facit; præsentia sua gubernat q. fecit. Sic ergo erat in mundo, quomodo per quē mundg factg ē. –

—

Mundg per ipsū factg ē ē mundg eū nō cognovit. Omnia undiq testimoniū perhibuerunt. Sed qui nō cognoverunt? Qui amando mundū dicti sunt mundg. Amando enī habitamg corde: amando autē, h. appellari meruerunt, q. ille, ubi habitabant. Quo-

modo dicimus: mala ē illa domus, aut: bona ē illa domus, nō in illa quā dicimus malā, parietes accusamus, aut in illa, quā dicimus bonā, parietes laudamus, sed malā domū inhabitantes malos, ē bonā domū inhabitantes bonos. Sic ē mundū, qui inhabitant amando mundū. Qui sunt? Qui diligunt mundū: ipsi eni corde habitant in mundo. Nā qui nō diligunt mundū, carne versantur in mundo, sed corde inhabitant coelū, sicut Apost. dicit: *Nostra autē conversatio in coelis ē* (Philipp. III.20)

—

In sua propria venit: quia omnia ista per eū facta sunt. *Et sui eū nō receperunt*: homines quos fecit. Iudaei, quos primitus fecit super omnes gentes esse ... ipsi maxime sui, quia ē per carnē, quā suscipere dignatus ē, cognati.... Nemo salvus fiet, nisi qui Christū receperit venientē. —

—

Quotquot autē receperunt eū: Quid eis praestitit? Magna benevolentia! ... Multi homines, cū filios nō habuerint, peracta aetate adoptant sibi; ē voluntate faciunt q. natura nō potuerunt: h. faciunt homines. Si autē aliquis habeat filiū unicū, gaudet ad illū magis; quia solus omnia

possessurus ē ē nō habebit, qui cū eo dividat hæreditate, ut pauperior remaneat. Nō sic Deus: Unicū eundē ipsū quē genuerat ē per quē cuncta creaverat, misit iu hunc mundū, ut nō esset unus, sed fratres haberet adoptatos..... Nō timuit ille habere cohæredes; quia hæreditas ejus nō fit angusta, si multi possederint. Illi ipsi certe, illo possidente fiunt hæreditas ipsius ē ipse invicē fit hæreditas ipsorū. –

Filii hominū nascuntur ex carne ē sanguine ē ex voluntate viri ē ex complexu conjugii. Illi autē quomodo nascuntur? Qui nō ex sanguinibus: tamquā maris ē feminæ. Sanguina nō ē latinū: sed quia græce positū ē pluraliter, maluit ille, qui interpretabatur, sic ponere, ē quasi minus latine loqui secū gramaticos ē tamē explicare veritatē secū auditū infirmorū. Si enī diceret sanguinē singulari numero, nō explicaret, q. volebat: ex sanguinibus enī homines nascuntur maris ē feminæ. Dicamus ergo, nō timeamus ferulas gramaticorū; dū tamē ad veritatē solidā ē certiorē perveniamus. –

Nō ex sanguinibus neq ex voluntate carnis neq

ex voluntate viri. Carnē pro femina posuit: quia de costa cū facta eset, Adā dixit: h. nunc os de ossib9 meis ē caro de carne mea (Gen. II. 23); ē Apost. dit: Qui diligit uxorē suā, seipsū diligit; nemo enī unquā carnē suā odio habet (Eph. V. 28). Ponitur ergo caro pro uxore, quomodo ē aliquando spirit9 pro marito. Quare? Quia ille regit, hæc regitur: ille imperare debet, ista servire. Nā ubi caro imperat, ē spirit9 servit, perversa dom9 ē. —

Sed ex Deo nati sunt: Ut ante homines nascerentur ex Deo, primo ex ipsis nat9 ē De9. Crist9 enī De9 ē Crist9 nat9 ex hominib9. Nō quaesivit quidē nisi matrē in terra, quia jā patrē habebat in coelo: nat9 ex Deo, per quē efficeremur; ē nat9 ex femina, per quē reficeremur. Noli ergo mirari, o homo, quia efficeris fili9 per gratiā, quia nasceris ex Deo sec. Verbū ej9. —

—

Ideo factū ē Verbū caro ē habitavit in nobis; sanavit oculos nostros ē quid seq.? Ē vidim9 gloriā ej9. Gloriā ej9 nemo posset videre, nisi carnis humilitate sanaretur. Unde nō poteram9 videre? ... Irruerat homini quasi pulvis in oculū, irruerat

terra ;... terra sauciatus erat, et terra illuc mittitur, ut sanetur ... De pulvere creatus es, de pulvere sanaris : ergo caro te caecaverat, caro te sanat. Carnalis enim anima facta erat, consentiendo affectibus carnalibus; unde fuerat oculus cordis caecatus.

—

Tractatus III (C. I. v. 15-18)

—

(Cf. Gal: IV. 4) Lex per Moysen data est, gratia autem et veritas per J. Ch. facta est : ad hoc venit Christus, ut eos, qui sub Lege erant, redimeret : ut jam non simus sub Lege, sed sub Gratia. Quis ergo dedit Legem? Ille dedit Legem, qui dedit et Gratiam, sed Legem per servum misit, cum Gratia ipse descendit.

—

Ille ipse D. N. J. Ch. ille ipse plane et ipse est totus medicus vulnerum nostrorum, crucifixus ille, cui insultatum est, quo pendente persecutores caput agitabant et dicebant : Si filius Dei est, descendat de cruce, (Matth. 27/40) ipse est totus medicus noster, ipse plane. Quare ergo non ostendit insultantibus, quia ipse erat Filius Dei : ut si se permisit in cruce levari, saltem cum illi dicerent : Si filius Dei est, descendat de cruce, tunc descenderet et ostenderet eis verum se esse

Filiū Dei, quē illi ausi fuerant irridere? Noluit. Quare noluit? numquid quia nō potuit? Potuit plane. Quid ē enī amplius, de cruce descendere, an de sepulchro resurgere? Sed pertulit insultantes: quia crux nō ad potentiae documentū, sed ad exemplū patientiae suscepta ē. Ibi vulnera tua curavit, ubi sua diu pertulit; ibi te a morte sempiterna sanavit, ubi temporaliter mori dignatus ē. Ē mortuus ē, an in illo mors mortua ē? Qualis mors, quae mortē occidit?

—

v.15. ante me factus ē: Praecessit me, nō, factus ē antequā factus essē ego; sed antepositus ē mihi

—

v.16. Ē de plenitudine ejus nos omnes accepimus: Quid accepistis? Ē gratiā pro gratia. Sic enī habent verba evangelica, collata cū exemplaribus graecis. Nō ait: ē de plenitudine ejus nos omnes accepimus, gratiā pro gratia; sed sic ait: Ē de plenitudine ejus nos omnes accepimus ē gratiā pro gratiā: i.e. accepimus: ut nescio quid nos voluerit intelligere de plenitudine ejus accepisse, ē insuper gratiā pro gratiā. Accepimus enī de plenitudine ejus, primo gratiā, ē rursū accepimus gratiā, gratiā pro gratiā.

Quā gratiā 1° accepimq? Fidē. In fide ambulantes, in gratia ambulamq. Unde em h. meruimq? quibq nostris praecedentibq meritis? Nō se quisq. compalpet, redeat in conscientiā suā, quaerat latebras cogitationū suar, redeat ad seriē factor suor: nō attendat quid sit, si jā aliquid ē; sed quid fuerit, ut esset aliquid; inveniet nō se dignū fuisse, nisi supplicio. Si ergo supplicio dignq fuisti, ē venit ille, qui nō peccata puniret, sed peccata donaret: gratia tibi data ē, nō merces reddita. Unde vocatur gratia? Quiā gratis datur. Nō em praecedentibq meritis emisti qd accepisti.

—

Quid ē ergo: gratiā pro gratiā? Fide promeremur Deū, ē qui digni nō eramq, quibq peccata dimitterentur, ex eo quia tantū donū indigni accepimq gratiā vocatur. Quid ē gratia? gratis data. Quid ē gratis data? Donata, nō reddita. Si debebatur, merces reddita ē, nō gratia donata....

—

Si fides gratia ē ē vita aeterna quasi merces ē fidei: videtur quidē Deq vitā aeternā tanquā debitā reddere... sed quia ipsa fides gratia ē, ē vita aeterna gratia ē pro gratia. –

Coronat autē in nobis Deus dona misericordiæ suæ: sed si in ea gratiâ, quā primā accepimus, perseveranter ambulemus.

—

17. Lex per Moysē data ē, Gratia ē veritas per J. Chr. facta ē. Per servū Lex data ē, reos fecit: per Imperatorē indulgentia data ē, reos liberavit.

—

18. Deū nemo vidit unquā. Ē unde innotuit Moysi Deus? Quia revelavit servo suo Dominus. Quis Dominus?... Unigenitus, inquit, Filius, qui ē in sinu Patris, ipse enarravit. Quid ē in sinu Patris? In secreto Patris... quia sinus noster intus ē, secretū Patris sinus Patris vocatur.

—

Deum nemo vidit unquā: ipse ergo venit ē narravit quidquid vidit. Quid vidit Moyses? Moyses vidit nubē, vidit angelū, vidit ignē: omnis illa creatura ēst, typū Domini sui gerebat, nō ipsius Dom. præsentiā exhibebat .... responsū accepit: nō potes videre faciē meā (Exod. 33, 11 sq.) Loquebatur ergo in Moyse angelus, portans typū Domini

—

Ea ibi jubentur in decalogo Legis quæ ē nobis; sed nō ea promittuntur, quæ nobis. Nobis quid promittitur?

Vita aeterna. Haec ē aute vita aeterna, ut cognoscant te unū verū Deū ē quē misisti J. Chr. (Jo. XVII. 3). Cognitio Dei promittitur: ipsa ē gratia pro gratia. Fratres modo credimq, nō videmq: pro ista fide praemiū erit, videre q. credimq.

—

Si aute corporalia praemia concupieris a Deo, adhuc sub Lege es ē ideo ipsā Legē nō implebis... Si gratis ideo tibi dedit Deq, quia gratis dedit, gratis ama. Noli ad praemiū diligere Deū; ipse sit praemiū tuū. —

Tractatq IV.

v. 19. Ē hoc ē testimoniū Jo. – Quia quasi in nocte apparuit in corpore mortali, lucernā sibi accendit, unde videretur. Ipsa lucerna Jo. erat (V. 35)... Prophetis praecedentibq praenuntiare de Chto futura concessū ē; huic aute digito ostendere.... Tanta aute excellentia erat in Jo. ut posset credi Chtq: ē in eo probata ē humilitas ejq, quia dixit se nō esse, cū posset credi esse. —

—

v. 21. Ē interrogaverunt eū, Quid ergo? Elias es tu?

Noverant enim, quia præcessurus erat Elias Christum... Istum nō putaverunt esse Christum: nō omnino Christum nō esse venturum. Cum sperarent venturum, sed offenderunt in præsentem, offenderunt tanquam in humilem lapidem. Lapis ille adhuc parvus erat, jam quidem præcisus de monte sine manibus: sicut dixit Daniel proph. (II.34) vidisse se lapidem præcisum de monte sine manibus... Christus ante Judæos jam præcisus erat de monte. Montem regnum vult intelligi Judæorum .... et quare sine manibus? Quia sine opere virili Virgo peperit Christum?

Sed ignoscendum est Judæis, quia offenderunt in lapidem, qui nondum creverat. Quales sunt illi, qui in ipsum montem offenderunt? Jam de quibus dicam cognoscitis. Qui negant Ecclesiam toto orbe diffusam, nō in humilem lapidem, sed in ipsum montem offendunt: quo factus est ille lapis, dum cresceret. Cæci Judæi nō viderunt humilem lapidem: quanta cæcitas est nō videre montem? –

21. Numquid tu es Elias? Respondit: nō sum. D. J. Chr. dixit: Elias jam venit et ipse est Jo. Bapt. (Matth. XVII. 10 sq. - XI, 11 sq.)... Quare ergo ille: Nō sum Elias, et Dom: Ipse est Elias? Quia in eo D. J. Chr.

præfigurare voluit futurū adventū suū ē h. dicere, quā in spiritu Eliæ erat Jo. E q. erat Jo. ad 1ū adventū, h. erit Elias ad 2ū adventū. Quomodo 2 adventꝰ judicis, sic 2 præcones. Judex quidē ipse, præcones autē 2: nō 2 judices.

—

Quando conceptꝰ ē Jo. v. potiꝰ quando natꝰ ē, Sp. S. h. de illo homine implendū prophetavit: E erit præcursor Altissimi, in spiritu ē virtute Eliæ (Luc. I. 17.) Quid ē: in spiritu ē virtute Eliæ? In eodē Sp. S. vice Eliæ. Quare vice Eliæ? Quā q. Elias 2º, h. Jo. 1º adventui fuit. Recte ergo modo Jo. proprie respondit. Nā Dom. figurate: Elias ipse ē Jo; iste autē, ut dixi, proprie: Nō sū ego Elias. Si figurā præcursionis advertas, Jo. ipse ē Elias: q. eni ille ad 1ū adventū, h. ille ad 2ū erit. Si proprietate personæ interroges, Jo. Jo., El. El. Dom. ergo ad præfigurationē recte, Ipse ē El: Jo. autē recte ad proprietatē: Nō sū Elias.

Ambo præcones sibi dederunt similitudines suas ē tenuerunt proprietates suas. —

—

Nullū tantū meritū Jo. habuit, quā de ista humilitate, q. cū posset fallere homines ē putari Chꝰ ē haberi pro Chro (tantæ eni gratiæ tan-

tot9 excellentiae fuit i confesso ē tamē aperte ē dixit: Nō sū ego Xtq. —

—

Ē op9 erat Domino baptizari? Ē ego interrogans cito respondeo: Op9 erat Domino nasci? op9 erat Domino cruci figi? op9 erat Domino mori? op9 erat Domino sepeliri? Si ergo tantā suscepit pro nobis humilitatē, baptismū nō erat suscepturq? ...

Futuri erant aliqui in Eccl: excelsioris gratiae catechumeni. Fit enī aliquando, ut videas catechumenū abstinentē ab omni concubitu, valefacientē saeculo, renuntiantē omnib9. quae possidebat, distribuentē pauperib9; ē catechumenq ē, instructq etiā forte doctrina salutari supra multos fideles. Timendū ē huic, ne dicat apud semetipsū de Baptismate sancto, quo peccata dimittuntur: Quid pl9 accepturq sū? Ecce ego melior sū illo fideli ē illo fideli ... ī tamē omnia peccata super illū sunt, ē nisi venerit ad salutarē Baptismū, ubi peccata solvuntur, cū omni excellentia sua nō pō intrare in regnū coelor. —

Tract. V

v. 33. Ē ego nesciebā eū; sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit.

Quis ergo te misit? ... si Pater sine F. te misit, Deus sine veritate te misit: si ideo autē verax es, quia veritatē loqueris ē ex veritate loqueris: nō te misit P. sine F. sed simul te misit P. ē F: si ergo ē F. te misit cū P. quomodo nesciebas eū a quo missus es?

Super quē videris Sp. descendente sicut columbā, ē manente super eū, ipse ē qui baptizat in Sp. S...

H. audivit Jo. ut nosset eū quē nō noverat, an ut plenius nosset quē jā noverat? Si eni omni ex parte nō nosset, nō venienti ad fluviū, ut baptizaretur, diceret: Ego a te debeo baptizari ē tu venis ad me? (Matth. III-14) - noverat ergo - Quando autē columba descendit? - Jā baptizato Domino ē ab aqua ascendente...

Insotuit per columbā Dominus, nō ei qui se nō noverat, sed ei qui in eo aliquid noverat, aliquid nō noverat. Nostrū ē ergo quærere quid in eo Jo. nondū noverat ē per columbā didicit. -

Quare missus ē Jo. baptizans? ... quia oportebat baptizari Ctū ... Si eni viā humilitatis demonstraturus advenerat ē se ipsū facturus ipsā humilitatis

viā, in omnibus ab eo implenda erat humilitas. Auctoritate dare baptismo suo hinc dignatus ē, ut cognoscerent servi quanta alacritate deberent currere ad baptismū Domini, quando ipse nō dedignatus ē suscipere baptismū servi. Donatū enī erat h. Joāñi, ut ipsius baptismus diceretur ..... solus tale donū accepit: nullus ante illū justor, nullus pō illū, ut acciperet baptismū, qui baptismus illius diceretur ...

Ab illo, ut baptizare posset, accepit, quē postea baptizavit. Nolite mirari: sic enī h. fecit Chtus in Jo. quomodo quiddā fecit in matre. De Chto enī dictū ē: omnia per ipsū facta sunt (Jo. I. 3); si omnia per ipsū, ē Maria per ipsū facta ē, de qua postea natus ē Chtus... Quomodo creavit Mariā ē creatus ē per Mariā: sic dedit baptismū Jo. ē baptizatus ē a Jo.

—

Sed quare nō solus ipse baptizatus ē a Jo. si ad h. missus erat Jo. per quē baptizaretur Chtus...? Si solus D.N.J.Ch. baptizatus esset baptismate Jo.... nō deessent, qui ... putarent baptismū Jo. majore esse, quā ē baptismus Chti. Dicerent enī: usq adeo illud baptisma majus ē, ut solus Chtus eo baptizari meruisset.... ad hortandos nos ad baptismū suū,

suscepit baptismū servi. & ne praeponeretur baptismus servi baptismo Domini, baptizati sunt alii baptismate conservi. Sed qui baptizati sunt baptismate conservi, oportebat, ut baptizarentur baptismate Domini: qui autē baptizantur baptismate Domini, nō opus habent baptismate conservi. –

D. J. Chr. noluit baptismū suū alicui dare, nō ut nemo baptizaretur baptismo Domini, sed ut semper ipse Dominus baptizaret: i. acta ē, ut ē per ministros Dominus baptizaret i. e. ut quos ministri Domini baptizaturi erant, Dominus baptizaret, nō illi. Aliud ē enī baptizare per ministeriū, aliud baptizare per potestatē. Baptisma enī tale ē, qualis ē ille in cujus potestate datur, nō qualis ē ille per cujus ministeriū datur. –

H. autē Jo. nō noverat in Domino. Quia Dominus erat, noverat; quia ab ipso debebat baptizari, noverat, & confessus ē quia veritas erat ille, & ille verax missus a veritate; h. noverat. Sed quid in eo nō noverat? Quia sibi retenturus erat baptismatis sui potestatē, & nō eā transmissurus & translaturus in aliquē servū: sed s. baptizaret in ministerio servus

bonq 1. baptizaret in ministerio servq malq, nō sciret,
se ille qui baptizaretur, baptizari, nisi ab illo, qui
sibi tenuit baptizandi potestate. –